



Georg 503
Hortendorf



Georgs-B.

16.

EPISTOLA DE

M A G I S T R I S N O S T R I S

Louaniensibus, quot, & quales
sint, quibus debemus ma-
gistralem illam damna-
tionem Luthes
rianam.



EG ADOTAS
819T80M 819T8AM
L
g
odin. I monos

G

R. I.

P

na, tam
dens, a
læ præ
lis, ho
mul &
illa ho
lis con
niæ, q
ample
pristin
cum si
morib
etiam c
an. V
bi ob
ea nih
sis ipse
bet cu

G·N·N·D·VDAŁ

R I C H O Z V I N G L I O H E L

uetio, apud Tigurinos Concionatori

Eruditissimo. S. D.

P Vdor obstat optime mi Zinli, q minus
tibi perscribam, quæ non pudet hic des-
gnare quosdam Theologos, absq; perso-
na, tam stulta, ut nullus histrio, quantumuis impu-
dens, ausit similia facere personatus. Huius fabu-
læ præcipuas agunt partes Ioan. Briardus Aten-
sis, homo uix bipedalis, sed idem sicutissimus si-
mul & uirulentiss. Denicq; Galliculus, est enim ex
illa hominum colluuiæ ex Germanis simul & Gal-
lis conflata, & ob hoc infensiior est nostræ Germa-
niæ, quæ nunc præter cæteras nationes feliciter
amplectitur, non modo bonas literas, ueruetiam
pristinam scribendi libertatem sibi usurpat. Hic
cum sit seniculus, & semper abundet pessimis hu-
moribus, que nunc pedes, nunc latera, aliquando
etiam caput obsident. Tamē medicum habet Io-
an. VVincel iuuenem egregie indoctum, sed si-
bi ob diuitias, ad insaniam usq; placentem, præter-
ea nihil minus lingua sycophantica, quā sit Aten-
sis ipse, qui nihil est nisi uenenū merum. Eum adhi-
bet cum laborat mala pituita, Is hominem ex insa

Ioānes Brī
ardus Atē
sis.

Ioānes
Vvinckel

A ij

EPISTOLA DE MAGISTRIS

M.N.Iaco
bus Lato
mus Syco
phantiar^r
artifex.

no facit insaniorēm. Sunt & præter alios instiga
tores non paucos, duo præcipui M.N. Iacobus
Latomus, qui ex infima fece, & collegaticis pedi
culis, ubi emersit ad notitiam Reuerendiss. Cardi
de Croy, cuius optimā indolem suo morbo, hoc

Ruardus
Encusan⁹.

est suis nænījs Sophisticis, in quibus bonam par
tem uitæ perdidit, inficere conatur, factus est into
lerabili arrogātia. Præterea Ruardus Encusanus,
homo miserabili balbutie, & tamen maledicentis
simus, ingenio, forma, uultu, incessu, doctrinac^r
fratrali etiam si non sit frater. H̄j ueluti Polypi trās
mutantur ad omnem habitum, cum Ateniæ gro
to egrotant, cum insaniente insaniant. Cōtempla
tus sum omnes per otium diligenter, animi mor
bum ipsa corporis spetie p̄ se ferunt. Aliorum
nominibus prudens in præsentiarū parco, quāc^r
& illi ueluti publico furore phanatici uociferātur
acriter in optima quec^r cum est opus. Sed omni
um stolidis, est ac maxime perfictæ frontis Ni
colaus Edmūdanus dignus qui ob insignem sto
litudinem Camelita uocetur. Hunc ipsa natura pla
ne genuerat ad monachatum siue fratralitatē. Ni
hil enim habet frontis, minus mentis, linguis, & lo
quentiæ plurimum, eloquentiæ nihil omnino. Et
in uita. S. Nicolai. Edmundus
dialectica.

M.N.Ni
colaus Ed
mundus
Camelita
stultissim⁹
asius, de
quoplura
in uita. S.
Nicolai.
Edmundus
dialectica.

colaus Edmūdanus dignus qui ob insignem sto
litudinem Camelita uocetur. Hunc ipsa natura pla
ne genuerat ad monachatum siue fratralitatē. Ni
hil enim habet frontis, minus mentis, linguis, & lo
quentiæ plurimum, eloquentiæ nihil omnino. Et
cum omnia stultissime & dicat & faciat uix tamen
dici possit q̄ sibi in omnibus placeat, ut mirum sit
non uerti in rosam quicquid calcauerit ille. In dia



STRIS
alios instiga
N. Iacobus
iaticis pedis
adis. Cardi.
norbo, hoc
ponam par-
tus est into
Encusanus,
aledicentis
doctrinac
Polypit trā
Atensi ægro
Cōtempla
animi mor
c. Aliorum
arco, quāq
uociferātur
Sed omni
frontis Ni
signem sto
natura pla
lalitatē. Ni
ingue, & lo
omnino. Et
uix tamen
mirum sit
ille. In dia

N O S T R I S L O V A N I E N .

lectica parum feliciter uersatus est ob plumbeum M. N. ob
ingenium, sed tamen per gradus illos solēnes hęc mētis stu-
belua peruenit ad magistrum nostratum. Atq; ut porem te-
interim teget stoliditatem aliniæ mentis, uolu- xtualis dī
it uideri textualis cum illi non sit opus acumine in- ci uoluit.
genij. Ergo factus M. N. tanq; regnum asseditus, Monach
cepit de splendore uitæ cogitare. Nec erat misero mendican
tude uel famem sedaret. Nam ante hac utcūq; ex tes tyrāni.
conuiuñs solennibus, ex pecuniola, quæ a miseris Prēdicato
scholasticis sordide abraditur, sustentarat uentrē. res seditiō
Vidit autē apud nullas stoliditatem & impudētiā Aluarus.
tiam esse feliciorem q; apud monachos mendican Thomas
tes titulo, re Satrapas ac tyrannos, inter quos Prēdicato
dicatores cum primis placebant, quorum ordo res seditiō
semper habuit egregie seditiosos, & ad omne faci si.
nus imperterritos. Quam quidem laudem adhuc
cæteris inuident, dum nobis suos Aluaros, Tho- Syluester.
mas, suos Syluestres, suos deniq; Hochstratos, de Vyo.
quasi formidabiles obtrudunt. Sed ex Scotista honstrat
Thomistam fieri erat difficile. In Minoritis displi- seditiosi et
cebat nuditas & uita non admodum delicata, In impuden
Augustineñ, paupertas absq; hypocrisi. Videbat tes Ped
Carmelitas in his regionibus ἀελτέσοι pulcre res catores.
gnare, maxime sauore mulierum, quibus placent
bene mutonati, quorum hic est maxima turba.
Ergo Camelus camelita factus est Mehliniæ que
ciuitas, quia forma gignit insignes, Veneri sacra Mechlinia

A iii



EPISTOLA DE MAGISTRIS

Fratres do
minæ.

Nicolaus
Edmūdus
Términa
rius Loua
nij.

Ebrj. M.
N. Loua
nienses.

M. nō. N.

Impuden
tia Edmū
dæ.

'Castitas
Edmūdæ.

est. Nec ob aliud mulieres hic fauent adeo his ne
bulonibus, q̄ quod uocentur FRATRES DO
MINÆ. O felicem sacram uirginē, quæ tales tau
ros complectitur sub pallio suo. Hinc tamen colli
ges licebit, hanc beluam non religionis gratia fa
ctum Carmelitam, cum eodem anno quo profes
sus est carmeliticā uitam, factus sit Terminarius,
ut uocant, Louaniensis, ut pariter & ibi caeleos &
oua colligeret, & a solennibus illis prandijs & ho
noribus, quibus assueuerat, non abesset. Nusq̄
enim lautioribus conuiujs multantur accepturi
gradum, necq; alibi magistri nostri potat liberius
q̄ Louanij. Deinde regnum isti uidebatur, inuita
ri per Bidellos, quos uocat, Salutari Magister no
ster, sedere sublimis in schola, ut crepitus & pedor
pedum perueniat ad capita Baccalaureorum, ac
magistrorum non nostrorum. Hec, homo mun
do mortuus scilicet cōtemnere non potuit. Et ui
de hominis impudentiam, qui ipse fugit domum
& religionē suam, reformat alia monasteria: alios
includet: quū ipse non potest ferre claustrum do
mus suæ. Sed tamen interea prospectum erat eda
ci uenti, & bibaci gulæ, atcq; etiam salaci πέτι. Nā
nunc iucunde deliciatur, uel cum sacrī uirginibus,
si desunt matronæ. Et uide q̄ homo strenuus non
defuit professioni suæ. Mox magna pecunia con
gesta ex interuersis testamentis, ex impudēter prē



S T R I S

adeo his ne
TRES DO
quæ tales tau
tamen colli
nis gratia fa
quo profes
erminarius,
ibi caseos &
andijs & ho
eſſet. Nusq
ur accepturi
totā liberius
patur, inuita
Magister no
us & pedor
reorum, ac
omo mun
otuit. Et u
git domum
steria; alios
austrum do
um erat eda
aci πέτι. Nā
uirginibus,
renuis non
ecunia cons
oudēter pre

N O S T R I S L O V A N I E N.

dicatis uenijs, ex compositionibus, ex intempesti
uis adulationibus, quibus inter concionandū mu
lierum, & maxime uetularum animos sibi deuin
cit. Ex hypocrisi ad quam se totum componit, ni
dum extruxit Louanij, futurum monasteriū Car
mellarum. Quasi parum sit huiusmodi mendica
bolorum ociosorum, quibus mundus grauatur
nimium. Nec his contentus cauponem agit, alit
domi non paucos, alit pueros, quos doceat nihil
scire. Siquidem pro Grammatica prælegit illis Sa
lomonis Proverbia. Et hunc quæstum, qui mul
tos alit Louanij homo insatiabilis præripit. Enar
rat item domi psalterium, in quo nouum præbet
artificem. Nam psalmos, nec ab eodem, nec eodē
tempore scriptos ita obtortos connectit, ueluti li
num lino connectens quasi contextus sit continu
us, eas enarrationes condit suo more uirulēti ob
trectationibus, in oratores, in policiem dictionis,
in Græcas literas, & literarū studiosos semper ali
quid euomens, tali stípite dignum. Quodam dñe
apud Vestales uirgines. Quid est (inquit) poetria?
nihil aliud q̄ sic loqui, ut loquuntur in lupanari.
Hoc portentum & oderunt & rident etiam alij
Theologi. Sed tamen postq̄ conspirassent in me
liores literas, uifum est illis utile, ut ad hanc agen
dam fabulam, hūc histriōne, aut potius cyclopen
adhiberent, stupidiū, impudētem, clamosum, per

Carmeli
tarū colle
giū Loua
nij futurū
lupanar
monacho
rum.

Ecdmūda
cauponē
agit.

Pro Grā
matica Ec
mūda suis
prælegit p
uerbia Sa
lomo.

Psalteriū.
Lectiones
Edmūde.

Concio
apud Ve
stales Ecd
mundæ.

Louanien
ses Theo
logi cōspi
rauerunt
contra oīa
bona stu
dia.



EPISTOLA DE MAGISTRIS

tinacem, furiosum. Nam animi furorem non soli

uerbis, sed & ipso uultu, ipsoq; incessu declarat in
Cuculla aurita Ed summa, si cucullæ adderentur auriculæ cum tinti
mundæ.

Morio
M.N.

nabilis nihil in eo desiderares. Hoc igitur Morio
ne sunt abusi, in his partibus fabulæ, quas putabat
sibi indecoras fore. Tam stolide frequenter hic cla
mauit apud populum in linguis, in poetriam, sic

enim ille uocat poeticā, ex Catholiconte opinor,

damnator in Nouum testamentum Erasmi, quod interim

M.N. confitetur, se nunq; uidisse, neq; uelle uidere. Oes

Cōciones suas conciones quas ut in loco sacro, sacras esse de

M.N. Ecdmūda cet, infecit & cōspurcauit huiusmodi Sycophanti

inoptimū is, oblique perstringens, etiam uiros eximios, &

quēq; ma de bonis literis bene meritos. Et cum huiusmodi

xime clamat. factis homo sibi uidetur sani capit is, nec medicum

Lutheri adhibet, nec poscit Elleborū. Cum Lutherij ope

ra prodiret misere metuebat suo quæstui, memor

quantam uim pecuniæ collegisset, & uenijis Apos

tolicis. Nondum legerat ullam pagellam, & ob

ingenij stuporem frustra erat etiam lecturus, sed

Conbibō audierat inter pocula, a conbibonibus Theolo

nes. M.N. gis, inesse quæ obsisterent illi quæstui. Illico proli

lijt ad populum, & insanis clamoribus omnia cō

miscuit, nihil habēs in ore nisi seductores, hæreses

& Antichristos, clamabat peritum mundum,

M.N. non nisi ipsius humeris fulciretur. Non sum is mihi

intelligū Lutherū, qui Lutherij libros intelligam ob quæstiones

aliquot

aliquot remotiores, nec me cause illius misceo, cū
 ipse non egeat talibus patronis. Tamen adeo he-
 bes non sum, quin huius stuporem admirer. Ex
 hoc uno cætera coniuncto, quam hic asinus intelligat Lutherij dogmata, Plus certies clamauit apud
 populum, Lutheriū docere, non esse necesse con-
 sideri peccata mortalia nisi manifesta. Lutherus en-
 sit manifesta nobis, id est quæ iudicaremus esse
 mortalia, quod certe (ut ego puto) non est cuius-
 uis. Ista belua putat non esse manifesta, nisi quæ de
 signantur in foro. Quid facias quæso huiusmodi Edmundæ
 bardis fratribus? Constanter etiam nunc uocife- belua.
 ratur in Lutherium, & tantum profecit, ut passim Fratres
 emant libros Lutherij. Sibi periuidentes esse ali- Bardi.
 quid boni quod huic Caseario tantopere displice-
 at. Et postea queruntur esse qui emant Lutherij
 libros, cum ipsi non solum irritent emendi appre-
 tentiam suis adeo ineptis uociferationibus, Verū
 etiam ecclesiæ tranquillitatem in periculum uo-
 cent dissidium. Putat hic monachus se ualde san-
 ctum, si die Mercurij non uescetur carnibus, sed Tēperātia
 quis & piscibus sese expleat ad uomitum usq; & Edmundæ
 tam manifestis mēdacijs, tam sceleratis calumnijs M.N. die
 famam boni uiri proscindere, talibus Sycophanti bus Mer-
 is inficere animos & aures auditorum non putat curii.
 esse peccatum. Clamat Latomus, clamat Edmun Forū con-
 danus, balbutit Ruardus in Lutheriū hæreticum, sciētię Ed-
 mundæ.

B

EPISTOLA DE MAGISTRIS

Lutherij
doctores.

M. N. Lo
uanenses
moriones
sunt et ma
li Ch̄riani

Thomas
Quintus
euāgelista

M. N. di
gnitas.
Scholasti
ca dogma
ta.

in indoctum, in ineptum, & tamē nemo illum cōmonet, nemo docet, nemo redarguit, cum ille doceari postulet cum audiri cupiat & audire. Qualis sit Lutherius nescio, nisi quod libri, quos hactenus edidit, testatur eum esse in literis theologicis, non tam ueteribus q̄ recentioribus exercitatissimum, præterea ingenium arguunt sanum, & peretus multis, uarijsq; dotibus uere Christianis instructum. Hos uero noui tales, ut si non essent alij Christiani, cum his, ita me deus amet, Christi unus esse nolle. Siquidem auaritiae addicti sunt, & ambitioni. Nulli prosunt, nulli bene uolunt, nisi sibi ipsis, nocent plurimis, & timeri uolunt sub religionis prætextu. Necq; enim hoc offendit eos in Lutherio, quod non satis molliter tractat pontificiam maiestatem, de qua & ipsi non admodum magnifice sentiūt. Quod uellat uenias, quas nec ipsis probant, cum inter se ueris agunt. Sed ideo his est hæreticus Lutherius, quod Thomā despiciit, quem Prædicatores quintum Euangelistam uideri uolunt, quod incessit Magistros Nostros quorum autoritatem sacrosanctam haberí postulant, quod scholastica dogmata nō habet p̄e oculis, quibus, ut nihil aliud dicam, debet mundus tot monachorum discrimina, tātum ceremoniarum, & Christianam religionem, si non extinctam, certe misere afflictam, infectamq; tot indoctos theo-

logos
bus d
um li
docte
prem
core i
clami
fani. I
q̄ alio
Mag
præc
seiung
tris n
luis a
tissim
Etitat
pude
lunt a
so ho
us ca
sangu
& ta
ces a
sterit
num
erud
Gerr



T R I S

o illum cō
um ille do
re. Qualis
os hacte
eologicis,
ercentatissi
um, & pe
ristianis in
non essent
et, Christi
dicti sunt,
uolunt, ni
olunt sub
fendit eos
actat pons
dmodum
quas nec
Sed ideo
mā despis
ngelistam
Nostros
peri postu
et pre ocul
undus tot
oniarum,
ctam, cer
tos theo

N O S T R I S L O V A N I E N

logos, & bonorum autorum neglectum, de quibus dogmatibus. M.N. Latomus promisit tertium librum, sed ubi uidet primos duos tanto risu doctorum omniū exceptos, consultius putat esse premere, q̄ tanto scholasticorum doctorum dede core iterum prodire in proscenium. Hinc est qđ clamitāt, hoc culcus illis dolet, hinc illi tumultus insani. Malunt (opinor) obrui doctrinam Christi, q̄ aliquid decedere de maiestate duorum aut triū Magistrorum nostrorum. Certe Carmelitis & prædicatoribus, quos tantum inuersio uestium seiungit minus indignor, uentri seruiunt, & uen tris negotium agitur. Demiror magis cur his be luis alij subseruant. Edmundēsis putat timeri stultissimam illam linguam suam (nam hoc subinde iatitat e suggestu, qđ Huttenus noster arcem impudentiæ uocare solet) propterea quod boni nolunt aduersus rabientem rabire. Nunc audi quæ so horum dementiam, audi, expectant ut Lutheri us capiatur. Quid hoc aliud est, q̄ sitire humanum sanguinem, quandoquidem docere non possunt, & tamen perdere uolunt. Vtrum hoc est carnifices agere an Theologos? Quanta indignatio posteritatis, si legerint Lutherium uirum suisſe bonum, & uitæ ad miraculum usq; inculpatæ, acutū, eruditum, ingeniosum, bene Christianū, præterea Germanū. Et tamen quod primus in tanta Theo

M.N. La
tomus lo
ripes de
dogmati
bus.

Camelitæ
& Pedica
tores Hel
luones.

Lingua ca
melitæ.

Clemētia
M.N.

M.N. car
nifices sūt
non Theo
logi.

Lutherus
hactenus
argumētis
inuictus.

B ij



EPISTOLA DE MAGISTRIS

logorū peruersitate, in tam detestabili monachorum tyrānide, ausus fuerit libere monere, & Christum iam olim constitutiūculis humanis indigne fœdatum, imo conculcatū, uindicare oppressum, non argumentis, nec scripturæ sacre testimonij, quibus innocētiam suam usq; tuebatur inuictus, sed arte & conspiratione nebulonum plane tyranica. Quod si quidam haberent tantum insaniae, quantum isti, breui mundus totus sciret quæ probra, quæ dedecora, quæ flagitia, quæ facinora laetant sub illis albis & nigris pallijs, qui fauerent religioni, citius alerent Vrsos aut Simias aut etiam viperas, q; multos istorum generū, nolo enim gravare omnes quos tamen opinor esse perpaucos. Vnde nobis hæc prophana religio, unde hæc impia pietas, unde indocta doctrina, unde spurcissimus iste cœlibatus? Indigne fero, hanc urbem elegantem, hanc Academiam cum primis celebrem, & egregijs ingenij abundantem, sic infici per hos paucos nebulones,uirulentos & indoctos. In cunctis literis non est omnino indoctus Atensis, sed ira huic prorsus dominatur. Quid autem iudicet Edmundanus plane stolidior est, quam ut uel de re culinaria ferat iudicium, quod tamen affectat & quidem sedulo, et ob hoc Frater olla a quibusdā uocatur, quod plus palato q; ingenio ualeat, Et nunc ea damnat quæ

Infani, M.
N.
Camelita
rū & Præ
dicatorū
scelera.

Pauci bo
ni fratres.
Monacho
rū religio.

academia
Louaniē.

Atēsis ira
Edmundana
stultus.

M.N.Ni
colaus de
Edmūda
a quibusdā

FRA T E R
O L L A
uocatur.

nec legit
cultores
gni sunt
proferā
finem in
manib;
tulus sit
militari
us Qua
tissima.
ne long
lant, inc
stri, in li
rum err
conijci
tus erit
bonas l
scere, se
ad hypo
rum su
bis que
scio con
tos, que
& deter
magis p
fligere
res Iude

TRIS

nonachos
e, & Chris-
is indigne-
opressum,
stimonij,
inuictus,
lane tyran-
n insaniae,
t que pro-
acinora la-
auerent re-
aut etiam
o enim gra-
erpaucos.
de hæc im-
e spurcissi-
urbem ele-
celebrem,
ici per hos
tos. In cę-
atensis, sed
em iudicet
adanus pla-
ria ferat iu-
sedulo, et
quod plus
nnat que-

NOSTRIS LOVANIEN.

nec legit nec intelligit. Si sapiūt bonarum literarū
cultores, in hos omnes acuent suos calamos, indi-
gni sunt quibus parcatur, fere sunt non homines, M.N. ferē
proferātur horum mysteria, quandoquidem ipsi sunt non
finem insaniendi nullum faciunt. Et audio esse in
manib[us] quorundam uolumen quoddam, cui tiz
tulus sit de memorabilibus Prædicatorū & Car-
melitarum, cuius gustum nobis præbuit Nicola-
us Quadus in epistola quadam sua longe elegan-
tissima. & dij faxint ut ne torqueat nos expectatio-
ne longa. Si moueret eos negotium fidei ut simu-
lant, inquirerent in libros Aluari, in libros Sylue-
stri, in libros Thomæ de Vyo, sed de prædicato-
rum erratis nullum uerbum. Quantum equidem
coniçcio non tendunt in Lutherium, qui satis tu-
tus erit contra horum tyrannidem, sed in omnes
bonas literas, quas ipsi non dídicerunt et piget dis-
scere, sed prætexunt splēdidum titulum homines
ad hypocrisim nati educatiꝝ. Quod si conatus eo
rum successerit, id quod superi prohibeant, uide
bis quo sit euasura rabies sceleratorū. In hanc rem
scio coniurasse quosdam, omnes insignite scelera-
tos, quorum nomina breui ut arbitror cognoscet
& detestabitur mundus. Hos tyrannos retūdere
magis puto esse e re Christianæ religionis, q̄ pro-
cēt q̄ Tur-
fligere Turcas turcissimos, aut his etiā sceleratio-
res Iudeos. Demiror lenitatem Erasmi, quod suo
B ij

M.N. ferē
homines.

Volumen
de memo-
rabilibus

prædicto-
torꝝ & car-
melitarū.

Nicolaus
Quadus.

Veri hære-
tici.

Nemo au-
det loqui
de sceleri-
bus prædi-
catorum.

Conatus

M.N.

M.N. de-
notat Lo-
uaniē. &

Coloniē.

M.n. plus

Ch̄o no-

cē.

Erasmi le-

nitas.



EPISTOLA DE MAGISTRIS.

Erasmus
paraphra-
stes Pauli.

Huttenus

Ludouic⁹
Carinus
Lucernas,
Græce &
latine ad-
modū eru-
ditus.
Conspira-
tionē signi-
ficat. M. n.
Louanię.
aduersus
meliores
literas.

stilo feliciss. non sœuiat in istos, sed ille ut est pure Christianus, abhorret ab omni dissidio, & interim studijs uere sacris se se consolatur, reuersus ad Paraphrases in Paulum, quas hac hyeme perficiet. Et ut ille in re quidem optima occupatus est, ita non conuenit alios studiorum causam deserere. de his satis haec tenus, proximis tuis literis respondi superioribus nundinis. Hic quoniā & præter spem & certus oblatus est nūtius, nolui te nescire, quid hic ageretur, & placuit stomachum meum apud te effundere. Hutteni postrema foetura mire probatur doctis omnibus, utinam ille uiuat ultra Nestoris annos, ita semper uincit seipsum, felix illud & secundum ingenium. Carinus noster plenis (ut aiunt) uelis ad utriusq; linguæ fastigium contendit, Spes est fore ut breui Germaniam nostram, non modo Helvetiam ingenij sui opulentia sit illustraturus. Hic locus & tota fere Brabantia satis tua est a peste, sed laboramus alia peste nocentiore q; sit ista vulgaris. Vale optime. Louanię apud Sycophantas. M. N. & Fratres. Tu perge eruditissime Zingli, purum Christum tuorum populorum animis inserere. Anno M. D. XVIII. Mense Aprili.

SEQVITVR VITA S. NICOLAI
Live Stultitiae Exemplar.

S
nu
pli
errata c
aut abu
fuisse uit
tiæ uirib
am, uer
oculos p
nus mou
miliari p
posueru
cum in a
absolutu
talium p
uindican
peri. Id p
tis genti
Homeri
loribus p

Viuit
ta, Mag
mundus
le. In ho
ria cumu



TRIS N.
le ut est pure
o, & interim
uersus ad Pa
e perficiet. Et
s est, ita non
erere, de hjs
respondi su
præter spem
nescire, quid
meum apud
ra mire pro
uat ultra Ne
n, felix illud
noster plenis
gium conté
n nostram,
lentia sit illu
antia satis tu
nocentiore
nij apud Sy
erge eru
tuorum
Anno
e
LAI

STVL TITIAE EXEMPLAR.

S. NICOLAI VITA.

SVnt autores grauissimi, qui putent non mis
nus pertinere ad percipiendas honestas disci
plinas, rectam artis rationem præscribere, q̄
errata commōstrare eorum, qui artem nescierūt;
aut abusi sunt. Itaq̄ consequit, non eos solum pro
fuisse uitæ mortaliū, qui nobis magnificis eloquē
tiæ uiribus descripsérunt, pulcerrimā illam sophis
am, uerum etiam, qui Moriam huic diuersam ob
oculos posuerūt. Sed idæa proposita plerosq; mi
nus mouet, nisi in exemplari quopiam noto ac fa
miliari proponatur. Sophiæ exemplar Græci pro
posuerunt in Vlisfe, Latini in Ænea, Christiani
cum in alijs multis, tum præcipue in Christo. Sed
absolutum stultitiæ exemplar nullus adhuc mor
talium proposuit. Cuius rei laudē mihi conabor
uindicare, si modo uotis nostris aspirauerint supe
peri. Id petam non ab antiquis, non a longe semo
tis gentibus, neq; singam, quemadmodum finxit
Homerus, sed ipsissimum ut est suis expressum co
loribus proponam.

Viuit adhuc Nicolaus Edmundanus Carmeli
ta, Magister noster, & Abbas breui futurus, nisi
mundus omnino respiscat, quod non est uerissimi
le. In hoc uno quicquid suis dotibus potuit Mo
ria cumulatissime expressit, ut si quis hunc attente



STVLTIÆ

contépleſ plus cōspecturus sit, q̄ in tota ERAS,
MI Moria, aut nauī ſtultifera ſebastiāni Branti,
aut ſi quis alius ſtultiq̄e formam conatus eſt expri-
mere. Sed priusq̄ rem tam arduā aggrediar, duo
quædam faciam. Primum implorabo opem uir-
giniſ Deipare, mulieriſ omniū puriſſimę, ut hunc
ſpurcissimū, & illius extreμum dedecus depingā,
ita ut meretur, ad gloriam Christi, & ſalutem po-
puli Christiani. Deinde monebo lectorē, ut quo-
ties hic uiderit ſcriptū, S. Nicolaum, ne putet eſſe
ſanctum Nicolaū, cuius hic eſt diſſimillimus, ſed
ſtultum Nicolaū. Nam S. utruncq̄ declarat.

Natus igitur eſt, S. Nicolaus An. M. quadrin-
gentesimo ſexagesimo ſecundo, cum Sol eſſet in
Capricorno, Luna in Scorpio, & utruncq̄ reſpi-
ceret Silenus, qui ſitus ſolet gignere fatuos, ſed qui
ſibi uidetur ualde ſapiētes, niſi quod Scorpium ad-
dit etiam aliquid inſaniæ uenenatę. Natus eſt autē
Edmundus, id eſt oppidū Hollandię, ubi non ſolēt
naſci, niſi uiri graues & prudentes. Sed statim mi-
hi dices lector, vnde igitur hoc ſtultiæ exemplū?
Quēadmodum Allia, & cæpæ admixtae roſarijs,
quicquid eſt malii humoris ad ſe trahunt, & roſas
reddūt meliores, ita hic cum ſuis, totius patriæ ſtu-
titiam ad ſe trahens, niſi alijs reliquit, niſi meram
ſapiētiā. Nam totum ſere huius genus fato quo-
dam ſtultiæ obnoxium eſt, ſed ita ut, S. Nicola-
us reliquos



EXEMPLAR.

us reliquos omnes obscureret sua præcellentia, nō
aliter q̄ sœtor allij, obscurat cæparū sœtorem. Est
tamen unus huic proxima in cognatione coniunctus.
Etus, multi putant esse fratrem, qui nec figuram ha-
bet hominis, mentem plus q̄ pecudis. Is instinctu
naturæ, quo mouentur & Scarabei, rogatus in
quē diem hoc aut illud festum incidit, non sermo-
ne, q̄ illi non est humanus, sed gestibus ac balbutie
significat, absq; errore. Quod tamen ipsum non
est mentis argumentum sed furoris. Hic primam
stultitiæ laudem erat ablatus, ni palmam præteri-
puisset. S. Nicolaus. Verum quanq; stultissimus
erat, non tamen non usq; adeo stultus, quin metu-
eret ne ipsi cuculla aurita cum tintinabulis addere-
tur data ueste uersicolori, poterat & hoc pati, sed
plagas ferre non poterat.

Igitur dedit se in ludum literariū, didicit Alexan-
drum, Floretū, & Mammetrectum, & quicquid
egregie stultum erat in literis, id facillime didicit,
ut dicere possis illum rebus stultis esse natum. Lux-
ta illud Adagionis, ipsa olera olla legit. Sed quia
domi male pascebat caulibus, & pane furfuraceo,
Louanium fugit, quod audiret illic omnes subito
fieri sapientes.

Hic multa diu passus, proficiebat in omni stu-
ltitiæ genere, donec pro cuculla morionica, aucu-
paret capitum magistrale, ac deinde uentri cepit

C

ota ERAS,
stiani Branti,
atus est expri-
grediar, duo
o opem vir-
im, ut hunc
cus depingā,
salutem po-
rō, ut quo-
ne putet esse
illimus, sed
declarat.
VI. quadrin-
Sol esset in
runcz respiz-
uos, sed qui
corpius ad-
atus est autē
i non soleat
l statim mi-
e exemplū
tæ rosarijs,
nt, & rosas
patrię stul-
nisi meram
s fato quo
S. Nicolai
s reliquos



S T V L T I T I A E

esse melius. Nam crebro uocabatur ad actus, ut
uocant, hoc est ad pinguia coniuicia, quos dies ille
multo melius tenebat, q̄ alter ille tenebat dies fe-
stos. Et quemadmodū uultures procul etiā oſſaci-
unt futurū cadauer & aduolant, ita ille mēſibus ali-
quot præsentiebat futurū cōuiuiū, ad quod se pre-
parabat biduano iejunio, sic ut etiā post biduo ſa-
tur eſſet, adeo gratuitis epulis ſaburrabat capacē
aluum. Iam ſibi uidebatur aliquid quod metueret
a pueris, quos non aliter territabat, q̄ ignaros ho-
ſpites, aſinus ille Cumanus. Quid multis ſuccedet
negotium Moria fauente, factus eſt baccalaureus
Theologie, mox licentiatus, poſtremo Magister
noſter. Nec ſic tamē potuit efficere, quin pro ſtu-
to haberetur. Adeo totus uultus, geſtus, incessus,
ſermo ſtultiam preſe fert, ut & procul & a tergo
ſtatim agnoscas fatuum ac dementē. Ridebaſt etiā
a pueris, monſtrabatur digito, Stultissimus Magi-
ster noſter. Tanta eſt fati ac naturę uis. Et interim
cum omnibus uideretur Corebo ſtultior, ſibi uni-
uidebaſt Salomon ipſe. Tādem cum paſſim apud
omnes quereretur, quod mundus excēcatus non
agnosceret ipſius diuinam ſapienciam, incidit in face
tum quendā, qui dedit illi hoc consilium. Si uis in-
quit effugere omniē ſtultiæ ſuſpitionē, fac induas
cucullam monachalem. Nulla reſ melius tegit &
ſtultiā & dementia, & quicquid alioqui eſt ſcele-



E X E M P L A R .

ris. Ibi multis mensibus deliberatū est quā uitę cul
tusq; formā potissimū susciperet. Obuersabāt ani
mo uarię monachorū species non aliter q; in rotū
do speculo in foro frequenti suspenso, ostendunt
se diuersi imagines, uirorū ac mulierum, aurium &
quadrupedū. Apud atros Benedictinos, & albōs
Prēmonstratēs blandiebatur spes abbatię, sed ti
mebat aleam fortunę, raro fauētis sapientibus, cū
ipse sibi sapientissimus uideretur, deinde cum sepi
us ad speculū sibi mitram, e chartis compactis ca
piti suo imponeret & clauam qua lecti sternūtur,
pro pedo pastorali teneret, offensus in auriculis a
mitra pendētibus, & metuit ne palam non abbas,
sed Morio uideretur, presertim cum uultum mu
tare non possit. Apud Minoritas offendebat ni
mia sanctitas ac nuditas, cum ipse semp amauerit
bene tegi. In Iacobitis oderat quod abstinerent a
carnibus, & quod pro Scoto Thomā sequerent,
quem ille nondū legerat, in quo tamen tantundē
sapiebat, quantum in Scoto, in Augustiniēsibus,
quod apud illos quæstus frigeret, nec in pretio sit
fucata sanctimonia. Breuiter cum atros, cādidos,
lineos, laneos, cinctos, discinctos, barbatos, im
berbes, calceatos, incalceatos, pisculētos & carnu
lentos omnes percurrit set animo, solus ordo Car
melitarū placuit, qui nunq; laborauit infamia īmo
dicæ sanctimoniae, & gignit obesos & rubicūdos

C ij

d actus, ut
ios dies ille
bat dies fe
etiam olfaci
nēsibus ali
uod se prē
biduo sa
bat capacē
metueret
naros ho
successit
calaureus
Magister
n pro stul
incepsus,
& a tergo
debat etiā
us Magi
t interim
r, sibi uni
lim apud
atus non
dit in face
Si uis in
c induas
s tegit &
est sceles



STVLTTIAE

procos, uerius q̄ monachos. Proinde gratissimi sunt foeminas, qbus placent bene mutoniati. Sim plicibus autem & stultis cōmendantē candido pālio, tametsi reliqua omnia sint picea. Habent & tis tulū gratosum apud foeminas, uocant em̄ fratres nostrē dominę. Eam passim pingunt late porrige tēm palliū candidū, & sub hoc gregem Carmelitarum. O sanctam picturā, o bellum satellitiū, pūrissima uirgo scilicet suo pallio claudit tales nebulones, quales sub pallio nollet habere, ulla proba mulier. Ergo. S. Nicolaus futurus Carmelita, ut res bene succederet, triduo ieunauit beatæ uirginis, sic ut non cōmederet nisi oua & ius carniū bis in die, nec biberet nisi duplē ut uocant ceruisiā, orans interim, ut tanta res, quā moliretur, cederet in laudem & gloriā totius ecclesiæ Catholicæ, cui putabat homo stultissimus ingens lumen accessum, si ipse induisset cucullam carmeliticā, & processit res, e camelō factus est Camelita Mechliniē, hoc est, non procul a Louanio, ne procul abesset a nidore solenniū conuiuiorū. Et uide quomodo diuinitus res illi successit. Eodem anno tres amplissimas dignitates est assequutus, factus est Magister noster, Carmelita, & Cæsarius Louanienlis. Is magistratus est huiusmodi. Quēadmodū Aquila certos tractus inter se dimetiunt, in quibus prædas agunt. Ita Prædicatores & Carmelitæ certos.



EXEMPLAR.

habent limites, in quibus colligunt oua & caseos.
Ei rei præficiunt aliquē insigniter impudentē, qui
penetret omnia, qui nihil non ausit, uel ui eruptu-
rus caseos si illi non dederint. Et ideo quoties cu-
cullam induūt, solent omnē pudorem exuere, alio
qui non admittendi ad uirgineū illum habitū. At
in S. Nicolao nihil erat opus. Nunq̄ enim habue-
rat ullam pudoris micā in omni uita. Itaq̄ non po-
tuit exuere pudorē quē non habebat, sed tñ quod
potuit cucullā induens, multum addidit impuden-
tiæ. Ergo iam mortuus mundo statim reuolauit
Louanium, non enim placebāt olera monasterij,
& semper in naribus uersabatur suauissimus ille ni-
dor conuiuiorum. Iamq̄ uenter ceperat defluere.
Nusq̄ enim lautioribus conuiuījs multant̄ acce-
pturi titulū aliquē professionis scholasticā, q̄ Lo-
uanij. Quin & ipsi Magistri Nostrī peculiares ha-
bent periodos conuiuiorū, ne sint ullæ feriæ a san-
ctis cōpotationibus. Iam sibi, S. Nicolaus uideba-
tur esse deus, populus existimabat eum metamor-
phosi quāpiā in alium uirū esse transformatū, pro-
pter albam cucullam. Non enim satis fidebat capi-
tio magistri nostri, timens ne quando & illi addes-
rentur auriculæ asininae. Sed illi cucullæ nemo au-
deret addere propter beatā uirginem Mariā, cui
sacræ sunt iste latrinæ. Regnū quoddam magnifi-
centissimum illi uidebatur, solenniter inuitari per

C ij

STVL TITIAE

Sceptrigeros, uiatores. Salutari Magister noster, sedere sublimis in schola, sic ut thus crepitus, & pedum pedor imo & lutū pertingat ad capita bacca laureorum, ac magistrorū non nostrorum, sedere inter primos in conuiujs, sperare primum etiā locum, si quidam abirent aut morerent. O sanctam religionis professionē, effugit malam paupertatē, posteaq̄ professus est paupertatē, effugit obedientiam, posteaq̄ professus est sanctā obedientiam, & professione castitatis hoc asseditus est, ut nūc gratia permolat etiā sacras uirgines, & tamē ope Mariæ uirginis quā colit, uirgines maneat. Erant qui negabant hominē hic omnino stultum esse, etiā si quidam affirmabant hanc non esse prudentiā, sed naturę sensum etiā senibus, & asinī insitū ad tuendam naturā suam. Sic renunciavit mundo. S. Nicolaus. Induit cucullam, ne in mūdo pro satuo habitus esuriret, aut cogeretur laborare manibus, ac mox Louaniū repetit ut simul & colligeret caseos, & conuiuiorū nidore frueretur, & regnaret inter scholasticos simplices & timidos, qui tāetsi uident auriculas asini prominētes, tamen sibi metunt a calcibus. Est enim asinus quouis mulo calcitrosior. Sed posteaq̄ semel professus fuerat paupertatem, cepit totū animum ad omne questus genus adīcere. Ex venijs pontificijs, non parū pecuniae collegit a stultis, deinde ex compositionibus



EXEMPLAR.

post inuenitis. Nunc enim hoc agunt cū deo, quod
cum probo iudice non liceret. Præterea ex testa-
mentis, ex restitutionibus, opimas agebat prædas.
Nusq; illius non pendebant retia. Quicquid quo-
cunq; casu in illius manus uenerat, in nassam inci-
derat. Ex hijs manubij extruere cepit pandochia
on Louanij, ex monacho factus caupo, nullū ges-
nus hominum non receptans, Carmelitas, Magi-
stros, pueros, quibus pro grāmatīca prælegit pro
uerbia Salomonis, & horum natibus uertēdis fal-
lit tempus, si quando a negotijs feriatus est. Faue-
re uideat beata uirgo huius comitibus sanctissimis.
Nam nulla mulier ingressa est eam domum, quæ
paulisper cōmoraret, quin exiret grauida. Tenta-
tum est hoc a multis, & cōpertum est, esse uerissi-
mum, adeo ut periculū sit ne diuus Iodocus esuri-
at, ad quē solebant mariti segnes, suas uxores mit-
tere, ut redirent grauidæ. Habet S. hic Nicolaus
domi quindecim, aut sedecim Carmelitas, iuu-
enes, robustos, & bene pastos otio, qui sic incum-
buunt precibus, ut intra paucos dies mulieri turge-
scat uterus. Quod ubi factum est, pulsant campa-
næ, & agunt gratiæ beatæ uirginis ob editū miracu-
lum. Erant qui dicerent agendas gratias mutoni
Carmelitio. Sed, S. Nicolaus iurat se nō esse au-
torem, q̄q; de alijs non uult iurare, quod in rebus
humanis multa cadant inter calicē suprēacq; labra.

gister noster,
repitus, & pe-
capita bacca
orum, sedere
imum etiā lo-
e. O sanctam
paupertate,
ugit obedien-
edientiam, &
t, ut nūc gra-
nē opē Ma-
it. Erant qui
m esse, etiā si
udentiā, sed
nsitū ad tuen-
ndo. S. Ni-
ro fatuo ha-
manibus, ac
igeret case-
regnaret in
qui tāetli ui-
si sibi metu-
mulo calcis
fuerat pau-
questus ge-
parū pecu-
sitionibus

S T V L T I T I A E

Quidam dicebant Carmelitum illud collegium nihil aliud esse, quod nouum lupanar, sed S. Nicolaus mota manu dextra, respondit hoc esse falsum, potius esse hortulum beatae virginis, in quo quicquid gignetur, gignetur miraculo, ad deuotas preces Carmel. In hoc igit horto cum satis suauiter habitet. S. Nicolaus, metuens ne quoad reuocaretur in monasterium, impetravit a pontifice Romano exemptionem. Iam agit securus, protrudit alios in monasterium, & si discedant, uocat apostatas, ipse curauit ne possit in monasterium protrahi. Corrigit ac reformat alia monasteria, in quibus collapsa dicitur disciplia religionis, ipse uiuit suauiter, & prorsus Hollandico more. Interim tamen uenat abbatiam aliquam, & miratur quod mitra non ultro deferatur a pontifice. Nuper ausus est etiam Cardinalium Galerum sperare, homo dignus qui cribro coronetur. Adeo uociferabatur in Lutherum, cuius libros non legerat, clamitans se sustinere totam ecclesiam Christi & Romani pontificis maiestatem. Sed adhuc nihil aliud est quam coruus hians. Spes tamen bona saginat hominis animum. Habet optime lector summam ut cunctos deliniatam hominis uitam, nunc capitem attingemus nonnulla quo magis cognoscet, qualis sit intus & foris. S. Nicolaus.

DE TEMPERANTIA S. NICOLAI.
Diebus Mercurii uix unquam uescitur carnis,
tantum



E X E M P L A R.

tantum ouis & piscibus explet sele usq; ad uomitum, & iure carnium, si quod elegas forte contigerit. Ante prandiu, utcucq; sobrius esse solet, nisi fuerit cōcitatus ira, aut nisi pridie in multam noctem largius bibisset. A prandio semper madidus est, Sed hoc partim excusat patria, partim stultitia. Nam aiunt philosophi fatuos semper sitire. Hoc igitur naturę est & ob ea quę nobis natura insunt nec uituperare debemus nec laudare. Sed cum sit bibacissimus, tamen adhuc tantū lippus, tū multi oculos suos bibendo perdidérint. Non bibt aut nisi duabus manibus, & in hoc differt ab ebriosis laicis. Hic religiose fit ebrius.

D E C A S T I T A T E S. N I C O L A I.

Anteq; factus est ex camelio Camelita, raro coibat ob paupertatē, & nō nisi cum publicis scortis, sed a professione sanctae uitæ, nunq; cōpressit nisi honestas matronas, aut deo dicatas virgines, et hoc s̄p̄cius facit propter oculos uiciatos quibus mēdetur coitus.

D E C O N S T A N T I A S. N.

Constantiae laus huic est peculiaris, nam nihil unq; in uita tam nequiter, aut tam stulte cepit, in q; non persistiterit. Nihil tam absurde dixit, cuius p̄c̄nitentiam egerit. Si forte dixisset silicem esse aurū pertinacissime defenderet, in scholasticis disputationibus, nullus unq; illum uicit, etiā si quis addus-

D

id collegiū nū
Nicolaus mo
falsum, potius
quicqd gignes
s preces Car
ter habitet. S.
aret in mona
no exemptio
os in monaste
s, ipse curauit
orrigit ac re
llapsa dicitur
, & prorsum
nañ abbatiam
ltro deferat a
inalitiū Gale
o coronetur.
libros non le
cclesiam Chri
bed adhuc nī
nen bona sagi
ector summa
m, nunc car
s cognoscet,

COLAI.
ur carnibus,
tantum



STVL TITIAE

cat tota plaustra argumētis onusta, ille coccicis in morem repetit suam cantionē, iurans sic esse quē admodū ipse dixit. Sepe reclamant oēs uni, sed nihil aliud, q̄ laterē lauant. In omnibus suis concioni bus ac p̄glectiōibus dānat noua laudat uetera, & qd docet facit ipse, seruat adhuc ueterē stultitiā, ueterē impudētiā, ueterē ingluuiē, ueterē stoliditatē, ueterem barbariem, ueterē temulentia, ueterem infaniam. Nihil in eo noui. Rupem citius loco moueris q̄ illum a suo instituto deflexeris.

DE DOCTRINA S. NICOLAI.

Doctrinam prorsus habet monachalem, quod olim didicit utcūq; tenet, nihil autorū legit, p̄ter glosam ordinariā, postq; factus est Carmelita. Nū q̄ uenit p̄paratus lectione ad docendū, sed quicquid in buccā uenit, hoc magno supercilio doeet, ubi non habet qd dicat, subinde repetit eadē, assuerans ac deierans sic esse. Aut exponit etymologias ac differentias uocabulorum.

DE CONCIONIBVS S. NICOLAI.

Cum alij se p̄parant ad ecclesiasticas conciones, non solum studijs, uerum etiā autentis precisibus ad deum fusis. Iste semper illotis pedibus accedit, neq; quicq; putat eum indocte dici posse, qd ab ipso dictum non habeatur pro oraculo. Aprā dio semper uuidus uino accedit, uacillans, balbutiens, huc & illuc mouens caput, & cubito innixus



EXEMPLAR.

frequenter inter concionandū obdormiscit. Dicit quiduis, id dictū repetit decies. Vbi deest quod dicat, aut seipsum laudat, aut alios uituperat, nūc uociferans in grēcas literas, nūc in poetriā (sic enim ille uocat poeticen) in Martinū Lutherum, cuius libros non legerat, sed audierat illum negligere uenias pontificias. Vnde, S. Nicolaus tantū pecunī collegisset, ad structurā sui lupanaris, præter Anti christos, hæreses, schismata nihil habebat ī ore. Ac mire profecit. Nam Lutherus innotuit, & libri illi us melius distrahebant̄, magno lucro Bibliopolarum, & qui antea male de Luthero senserant ceperunt bene sentire quod sibi persuasum haberet nō tantopere displiciturum fuisse. S. Nicolao, nī uir bonus ac doctus esset.

DE PATIENTIA.

Ob hos mores uidetur etiam a pueris & palam inuisus est omnibus Magistris nostris, tametsi huius stultitia frequēter ad suum questū & commodum abutunt̄, intolerabilis est baccalaurijs & toti scholæ, quæ mallet alinum audire rudentem, q̄ illum docentem, aut argumentantem. S. Nicolaus tolerat omnia fortiter. Ridetur ab alijs, ipse sibi blanditur, exibilatur, ipse sibi plaudit, inuisus est alijs, ipse se deamat, alijs est stipes, ipse sibi deus, adeo ut admiretur non uerti in rosam ilico quicquid calcauerit. O fortē animū & inuictum pectus, ille clamoribus sufficit unus aduersus uni-

Dij

coccidis in
cessē quē
uni, sed ni
s concioni
ueterā, &
stultitiā, ue
toliditatē,
ueterem in
loco mo

AI.
em, quod
git, præter
elita. Nū
i, sed quic
lio doeet,
eadē, asse
etymolo

LAI.
s concio
tis preci
ibus acce
posse, qđ
o. Aprā
s, balbuti
innixus



STVLTI TIAE

uersos, paratus etiam depugnare, si clamore parū profecerit. Est publicū odium huius Academīæ, & conati sunt excutere, sed hæret ille non secus, q̄ sibi oculis imminentes. Quod si quis occiderit, spe rat se pro martyre colendum.

DE AVTORITATE S. NICOLAI.

Solus hic habet autoritatē damnādi, quos nūq̄ legit, solus probandi aut improbandi quodlibet non reddit ratione. Sufficit cōcussisse caput illud stolidū, & mota manu dextera dixisse. Sic est, aut falso est, solus abiurandi se dixisse, quod modo sexcentis testibus dixerit.

FIDES S. NICOLAI.

Iam opere pretiū est audire, q̄ excelleat in fide catholica, quātac̄ plus credat q̄ uulgas Ch̄rianoꝝ.

Primū hoc credit supra nos, qđ pōtifex est om̄ rerū cœlestiū, terrestriū, & subterranearꝝ dñs, qđ q̄ in Ch̄rianos oēs habet merū ac mixtū imperiū.

Quodq̄ omnes principes Christiani pendent a nutu Romani pōtificis. Et ille uerbo ex summo rege, aut etiā imperatore, potest facere calceariū, aut agricolam etiam sine causa, si tamen ei libeat absoluta uti potestate.

Item quod non solum habeat imperium in oēs Christianos, sed etiam in Turcas, & nouas terras & quicquid illic inuenitur opum hoc ad pontificem pertinet.

Quod
sia, n̄iſ po
ſtare null
pontifici

Quod
adeo ut p
mas in pu
Deind
sub poena
mas in co

Præter
ſunt in æt
re inter ch
lis magna

Ex adu
lo, & por
offenderi

Adhæ
ipſe nulla
in manu
rum totiu

Ea diſt
tis ijs, qui

Quod
ſto, ſicut
trahere, N
cūt fecit



E X E M P L A R.

Quod in nouis terris nulla potest edificari ecclesia, nisi pontifici numeraretur aliquot millia, & prestatre nullum posse templum in mundo, quod non pontifici numeraret suam pecuniam.

Quod Ro. Pon. habet imperium in demones adeo ut possit illis præcipere, ne pergaat punire animas in purgatorio, sed ejciant illas foras.

Deinde quod potest præcipere angelis dei, ut sub poena excommunicationis deportent certas animas in cœlum.

Præterea quod potest quosdā ex ijs qui dānatī sunt in æternū, eximere a poenis, & subito pones re inter choros angelorum, ita si numeretur pro illis magna pecuniæ summa.

Ex aduerso quod potest detrahere animā e coelo, & ponere in tartaro si posteritas illius animæ offenderit, S. D. N. sanctitatem.

Adhæc quod pontifex etiā sceleratissimus, qui ipse nulla habet merita sua, nisi mala, tamen habet in manū sua thesaurum omnium bonorum meritorum totius ecclesiæ.

Ea distribuere potest, quibuscunq; uult, spoliatis ijs, qui illa bona opera fecerunt.

Quodc; hanc potestatē habet immediate a Christo, sic ut etiam si uelit, Christus nō possit eam restrahere, Nisi uellet huc redire, & sedere Romæ, si cut fecit quoties mortuus est Romanus Episco

D i

more parū
Academīæ,
on secus, q
cciderit, spe

L A I.
quos nūq;
quodlibet
caput illud
Sic est, aut
od modo

at in fide ca
ChrianoR.
ex est oīm
z dñs, qd
i imperiū,
i pendent
ex summo
calceariū,
ilibeat ab

um in oēs
uas terras
d pontifi



S T V L T I T I A E

pus, & sicut fecit priusq; Petrus Romæ sedisset.
Adhæc quod pontifex, cum possit esse hæreti-
cus, cum possit esse ueneficus, incestus, & item de
cæteris, tamen errare non possit etiam si uelit, quo
ties de fide ac moribus pronuntiat, quū ceteri oēs
Episcopi & Cardinales, possint esse cæciores tal-
pis. Causa est, quia spiritus sanctus ad cætera cōni-
uens, unum illud non pateretur.

Item quod si pontifex cateruatim duceret ad in-
feros populos totius mundi, sua pernitosia uita ac
doctrina, tamē non deberet illi oblisti, nec a quoq;
increpari, sed tantū blande rogari possit, & hoc a
maximis principibus.

Si totus mundus in re quapiam consentiret, &
Romanus Episcopus dissentiret, omnes irent ad
inferos, et hic solus, exclusis alijs, ingredereb; cœlū.

Post hac non erunt scholæ, neq; consilia, neq;
consistoria, neq; consultationes. Quid enim his
opus, si Romanus pontifex tam certe pronuntiat
de omnibus q; Christus ipse pronunciaret.

Hanc tamē omnem potestatem amitteret pon-
tifex si ledederet ordines mendicantiū, hoc si eis præ-
cipieret, ut abstinerent a mendicando, & uiuerent
labore manuum, nec admiserent se negotijs pa-
storum, nec habitarent in urbibus, sed extra mœ-
nia. Quod si ille uellet eis adimere sua priuilegia,
tunc illi uicissim adimerent illi suam potestatem.

De Pra-
tet male sc-
minare q-
etiāli sit pe-
Hanc sic
Nicolaus
ctor age g-
colai. Am-

G E 1
Potes
Lector, q-
tantū Lut-
simul & p-
spurcitia, a-
pestiferas l-
pu. q; uel il-
dum extir-
profligim-
moriones
lebam, cu-
gnanos, ho-
dem, eradic-
uictis, alio-
in hac parte
restituta pa-
nam, & uer-



EXEMPLAR.

De Prædicatoribus & Carmelitis non oportet male scribere, neque loqui, Imo non oportet nominare quenque illorum, sine honoris præfatione, etiam si pessimus, & hoc propter honorē ordinis.

Hanc fidē nisi nobis tradidisset, ac defendisset, S. Nicolaus, totus mundus erat breui periturus. Lectio age gratias deo, & ora longam uitam, S. Nicolai. Anno. M. D. XX.

GERMANIS OMNIBVS.

Potes ex hac cognoscere epistola optime misericordia. Lector, quas fraudes struant oībus bonis līris, nō tantū Lutherο (q̄ est inculpatissim⁹ uitę) M. Nři, simul & plonati illi ματαιολόγοι, ipſi uero omni in spurcitia, ac libidine uitā ducentes inqnatiss. Et tā pestiferas beluas multoq̄ iniquores Chřianę Reis putu. q̄ uel illa truculentissi. gens Mahometica, non dum extirpamus radicitus: non propellimus: nō profligimus a nobis hos scorpiones uenenatis, moriones stultissimos, Morychos, monachos uolebam, cucullatos theologistas. Hos igitur antesiagnanos, hos precipuos duces sathanī, excindite tādem, eradicate, profligate a uobis Germani uiri in uictiss, alioqui strenui ac bellicosi, finite nos uestrā in hac parte experiri magnanimitatē, quo tandem restituta pace, ac unanimitate, charitatē Christiānam, & uerum excolamus CHRISTVM.

næ sedisset,
it esse haereti-
us, & item de-
m si uelit, quo
quū ceteri oēs
cæciores tal-
d cætera cōni-
duceret ad in-
nitiosa uita ac-
ti, nec a quoq̄
ssit, & hoc a
nsentiret, &
nes irent ad
edere cœlū.
consilia, neque
uid enim his
e pronuntiat
ciaret.
itteret pons
hoc si eis præ-
& uiuerent
negotij p-
l extra mœ-
u priuilegia,
otestatem.





503
George R.









16.

EPISTOLA DE MAGISTRIS NOSTRIS

Louaniensibus, quot, & quales
sunt, quibus debemus ma-
gistralem illam damna-
tionem Luthes-
rianam.

